

da ubi neglecta generat scādalum vel custodita bo
ne imitationi exemplum. **T**unc discernandum erit
que sint illa que in disciplina custodienda nūq̄ ſer
mitti et que rursus illa sint que pro loco et tempore
nunc intermitti nunc exerceri volunt. **S**epe tamen
etiam illa que in publico necessaria sunt prius in se
creto exercitationis vsu exposcunt quia et si pror
sus ea in occulto negligimus vti postmodum eis dū
opus est in publico non valemus et tūc aut profusus
a disciplina deficientes intuentibus scandalum fa
cimur aut inepte id quod in nobis non est simulare
conantes irrisionem excitamus.

De disciplina in speciali.

Cap. viij.

Iam de disciplina in speciali inter fratres et ex
traneos seruanda videndum. **I**n inter fratres
primo de disciplina circa spiritualia quedam dein
de circa corporalia. **C**irca spiritualia vero prio
quam: um ad amotionem mali et quātum ad positio
nem boni. **Q**uo ad amotionem mali erit primo
de disciplina circa confessionem priuatam deinde
circa publicam attendendum. **E**t cum disciplina p
hugonem. vt dictum est: bona et honesta conuersatio
describatur in dicendis igitur de ea: ad bonitates si
mul et honestatem considerationis est oculus diri
gendus.

De disciplina circa confessionem
priuatam.

Ca. ix.

De quotidianis offēsis sine quib⁹ hec vita nō
ducitur faciendā est confessio de priuatis pri
uata de publicis publica et nichilominus quāq̄ pri

nata. **A**tattendendum est de confessione priuata quis
bus/quotiens quando/et vbi fieri debeat. et que sit
circa eam nouis fratribus disciplina seruanda. **D**e
bent superiori: vel si ipse ordinauerit instructori suo
et non alij nisi eius absentia et tantum quem supe
rior: vel instructor de superiorum assensu cis duxerit
assignandum tribus vicibus in qualibet hebdoma
da vel pluries scdm quod necesse habuerint. indiero
sibi tempore: et loco pro sacramenti reuerentia cum
diligentia confiteri. **N**unq̄ eis placeat vicaria cō
fessoris mutatio vt nunc vni confiteantur nunc alte
ri si potius si quando id cogat necessitas/ notabilia
deinde ad principalem referant confessorem. **C**ausa
tamen deuotionis eadem plurius possunt confiteri
Aliis non est conscientie ordinate se pure vario
querere confessores. **S**it tamen salubriter vt cui
de peccatis preteritis semel generaliter quis est con
fessus de quotidianis etiam confiteatur eidem: vel
nouo si heferit suorum denuo vulnerum perfecte ape
riat corruptelam. **D**isciplinam circa confessiones
discretio: puritas et reuerentia probant. **H**abeat dis
cretionis cautelam vt anteq̄ ad confessionem acer
dant diligenti super confitendis consideratione p̄
habita offensas prius suas speciales deinde alias se
riatim et breuiter sine culparum et verborum reple
tione inutili prosequentes confessionem suam pri
ma et vltima culpe nominatione cōcludant. **A**liqua
tamen deuotioni interdum vel conscientie replicatio
indulgetur. **S**it et pura confessio vt confiteatur
simpliciter et deuote sine excusatione vel accusatio
ne sine nominatione alterius de quibus habuerit con
scientiam remordantem. **N**ec specialis passim/sub

146
generalitate pertranseant. Temptationes suas et
cogitationes malas nulla ratione occultent non cō
temnant modica: ne paulatim fluant ad maiora. In
domo namque quam subintrans radius solis illumina
nat quantumcūque fuerit premundata: at homini nō
chilominus diligentius intuenti appareat. Sic et
cor radijs gratie illustratum etiam minima videt:
ac viciorum laqueos subtili examinatione discernit.
Quanta quis fuerit mente purgator: tanto se sordi
diorum videbit et maiores causas humilitatis inue
niet. Deponende tamen sunt scrupulositates quedā
superflue que conscientiam in erroris confusionem
inducunt. ¶ Reuerentiam non solum interiorē: ve
rum etiam exteriorē: decet contentem habere. vt
suo deferēs cōfessorī illi siue in elatione capitis: siue
in alta corporis dispositione si commode vitare pote
rit non coequet: sed flexis genibus dum cōfiterur nu
dato ac demisso capite sit humiliter coram eo.

De disciplina circa confessionem publicam.

Capitulum decimum.

Offense publice/publicam vt dictum est confes
sionem requirunt. Circa quam attendendū est
vbi de quibus: et qualiter fieri debeat. Cōfessionem hu
iusmodi facere debent aut coram superiore i capitu
lo p̄fessorum: si adesse liceat et sit moris: aut coram
instructore suo: quando tenet eis capitulum separa
tim aut alibi priuate coram aliquo vel aliquibus si
priuate offenderint coram eis. Ante omnia si p̄cepe
rint se facto vel verbo aliquem: vel leuiter ostendisse
ante confessionem: vel dormitionem: cum humiliter
studeāt satisfactione placare et in petitione venie p̄e